

psalmo. Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Et apostolus: Vigilate, stete in fide, viriliter agite, & confortamini 1. Corinthio. vltim. Sic confortatus ipse ad Roma. 8. ait: Certe sum, quia neque mors neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque infantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu domino nostro. Nec tamen sibi putes inniti, atque in sua confidere fortitudine, audi iterum ad Phil. loquentem: Omnia inquit, possum in eo, qui me confortat. Ibidem capitu. 4. Ad idem quoque nos hortatur: Confortamini inquit, in domino, & in potentia virtutis eius, ad Eph. 6. Ita non nos deiciat propria infirmitas, sed erigat, & confortet nos pastoris firmissima bonitas. Ecce teste presentis euangelio habemus pastorem prudentem, vigilantem, pium & potentem. Quis aduersariorum circumuniet prudentem calliditate? Quis praeniet vigilantem nocturna fraude? Quis fatigabit pium, & diligentem insidiarum importunitatem? Quis vincet potentem violento robore? Sed & quia prudens oves suas noscit, quia vigilans, vocare non desinit, quia pius, pascit quia potens, efficaciter defendit. Verè defendit, qui animam suam pro vibus suis ponit. Has quatuor boni pastoris conditiones euangelium mani festat.

Cōditio-
nes boni
pastoris.

Quinn
qualita-
tes.

Simus dumtaxat ex ouibus suis, cognoscamus pastorem nostrum talem, qualis descriptus est, & tanquam oves propriae ad singula respondeamus. Cognoscimus eum talem, qualis est, si noscimus eum fide per dilectionem operante, si adhaereamus ei non solum ere dultate, sed & operatione. Et hoc innuit dominus, cum ait: Oves meae vocem meam audient. Et Beatus Ioanne scilicet clarius exprimit, dicens 2. Ioa. 1. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non seruat, mendax est, & in hoc veritas non est. Qui autem seruat manda-

ta, ei in hoc est charitas perfecta. Est ergo cognitio pastoris vera, & est solum apprens. Sic etiam vulgus dici solet: Ille non noscit me amplius id est non exhibet se mihi familiarem, & amicum nunc, sicut prius. Reueremur ergo nos cognoscentem &c. Sequamur vocantem, dignis gratibus adhaereamus pascenti, innatamur potenti. Tanquam cognoscentem nos veremur si in omnibus cogitationibus, verbis, & operibus tanquam praesentem attendimus, quo fit ut nihil turpe, vel inhonestum quantum in nobis est, admittamus. Solent homines etiam quantumlibet lasciuiae, leueque praesentibus, & videntibus honorabilibus personis, pudore quodam, & verecundia affici, suas quoque lasciuias parumper occultare aut amittere, maxime si a talibus personis puniri timeant vel optauerint praemiari. Nemo denique tam impudicus est inter homines ad loquendum, & operandum, quantum ad cogitandum. Itaque si consideremus attentè nostrum pastorem summum, ac reuerendissimum nobis semper praesentem, nos quoque, & omnia nostra clarissime videntem, necum verba, & exteriora opera, sed & vniuersus animi motus, cogitationes, & quaeque nobis secretissima, sicut scriptum est: Deus e vicino ego sum, & non Deus de longe, diuina cognosco. Si occultabitur vir in absconditis suis. Hiere. 23. & apostolus ad Heb. 4. Non est inuisibilis vlla creatura in conspectu eius, omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius & Apoc. 2. Sciēt omnes ecclesiae, quia sum scrutans renes, & corda. Si inquam, haec semper animo vlueremus haud dubium quin honestissime nedum, foris, sed & intus, ita soli sicut inter homines constituti cuncta ageremus, atque pudore bono cohiberi, nihil sordidum admitteremus, quod tantę maiestatis oculis offendere posset, praesertim quoniam sicut omnia clarissime noscit, ita singula districte iudicabit, sicut Salomō. Ecc. 11. ait: Lxtare iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuae, & ambula in viis